



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 194. Quinque articuli in Berthensi Conventu ab Angliæ Ministris acceptati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. „prærogativa omnibus Christianis Re-
 A. C. 1617. „gibus concessa Ecclesiæ disciplinam,
 „accedente Episcoporum consilio, ad
 „arbitrium meum dirigendi potestas
 „mihi competit: attendite igitur, siue
 „eam approbaveritis, siue non, ita erit,
 „uti volo. „ His perceptis Ministri de-
 liberatione inter se habita Regi suppli-
 carunt, ut Synodum, in qua hi arti-
 culi communi suffragio acceptarentur,
 haberi permetteret: Renuit Rex, hæc
 subjungens, „num de Synodi assensu ca-
 vere audetis? „& si ea meos articulos
 „sit rejectura, nonne Regia potestate uti
 „compellor, nonne tum vos e vestris
 „suggestibus contra me declamabitis,
 „meque tanquam Tyrannum & Eccle-
 „siæ hostem pro more vestro traducetis? „
 Tum omnes uno ore exclamarunt, *ab-*
sit hoc a nobis: contrarium tamen, addebat
 Rex, *jam expertus sum, quocirca non ce-*
lebrabitis Synodum, quam tamen postea
 placatior factus eis indulgit, Simsonium
 vero Prædicantem, qui scriptam repul-
 sam confecerat, carcere, Catherwo-
 dum vero, qui ceteros Ministros ad re-
 clamandum incitabat, exilio plecti
 iussit.

§. CXCIV.

*Quinque articuli in Berthensi conventu
 ab Anglicæ Ministris acceptati.*

Habe-

Habebatur quidem Mense Novembri Ministrorum Conventus in Sant-
 Andreano oppido, ubi tamen decre-
 tum, quod quinque articulorum acce-
 ptatio differenda foret, donec ceteræ
 Regni Ecclesiæ hac de re plene edoce-
 rentur. Re comperta Rex atrociori
 indignatione excanduit, suamque au-
 ctoritatem vilipendi ratus, per inte-
 grum annum Ministros stipendiis suis
 privari, aliumque conventum Berthi
 ad diem vigesimam quintam Mensis
 Augusti anno sequenti haberi præcepit,
 dato etiam Sant-Andreano & Glasqua-
 no Episcopis negotio, ut ipsimet Nati-
 vitudinis Dominicæ Festum celebrantes,
 textus ad hanc solemnitatem accom-
 modos in suis Concionibus exponerent.
 In hoc igitur conventu Calvinianæ do-
 ctrinæ Ministris, apud quos amittendi
 salarii formido tuendæ sectæ studio lon-
 ge prævaluit, tandem in quinque hosce
 articulos consensere. Nihilominus con-
 scientiis vim illatam querentes, per
 universam Scotiam tot turbarum semi-
 na sparsere, totumque Regnum tam
 perniciosis motibus agitarunt, ut cre-
 scente indies Puritanorum indignatio-
 ne Jacobi I. Regis Filius ac Successor
 honorem, sceptrum & vitam amitte-
 ret. Tantam suadet moderationem,
 ac mansuetudinem Calvini Evangelium.

§. CXCIV.

Sæc. XVII.
A. C. 1617.*Calmet &
Thoiras l. c.
Bnnal. de
Jacob. I.
Abregé
chronol. t. 3.
pag. 418.*